



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

Probatur, exiguum curam peccati venialis, procedere ab exiguo amore  
erga Deum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

Propter peccatum veniale, Deus sæ-  
pèmittit atque permittit varias tribu-  
lationes, afflictiones & calamitates, im-  
mò aliquando ipsam &tiā mortem; ut  
legitur in S. Scriptura, & inter cæteras,  
de quodam propheta; qui cùm commis-  
sisset contra mandatum Domini pec-  
catum veniale; permisit Deus ut à leo-  
ne occideretur in via. Aliquando De-  
us præuidendo quodd aliquis paulatim  
per veniale peccatum, disponatur ad  
mortale; præuenit eum morte.

Ex his igitur videturne tibi, nullius  
momenti esse peccatum veniale?

An putas quod sit curandum vel a  
st mandum?

Videturne pro toto etiā mundo esse  
committendum? ●

Putasne aliquid saltem iudicij illum  
habere, qui peccatum veniale parui pē-  
dit? negligit? vel non curat?

Probatur, exiguum curam peccati v. nialis  
procedere ab exiguo amore erga  
Deum.

Sicut mulier honesta, si verè talis est,  
ex corde amat maritū suū, & omni dili-  
gētia præcauet, ne vel in minimo illū  
offendat; quod si autē per inanimadues-  
tentiam

210      **S P E C V L V M**  
tentiam fortassis hoc factum esset, gra-  
uiter dolet, & quamprimum lecemen-  
dat, rogatq; veniam, & non hoc solum  
contenta est, m̄ offendat; sed querit  
omneim occasionem ipsi in omnibus  
gratificandi, etiam si esset aliquo modo  
molestum. Similiter facit bonus & fi-  
lius patri, sic etiam vidua quę verè amat  
D̄eum, non tantum, in re magna; sed  
in minima quoque timet eum offen-  
dere, & si forsē ex inconsideratione a-  
liquid accidit, vehementer dolet, venia  
deprecatur; & procurat semper omni-  
studio atq; se sollicitudine, ut possit illi  
etiam ad nutum seruire, etiam si hoc &  
voluntati & sensualitati suæ maximè  
repugnaret.

---

*Quod etiam Sancti petratum veniale  
estimārunt valde nocuum.*

*Sufficiat unum exemplum de S. Io-  
anne Báp̄tistā, qui iuuenculus petij de-  
sertum vt cantat S. Mater Ecclesia:*

*Antra deserti teneris sub annis,  
Cium turmas fugiens petisti  
N̄ leni saltē maculare vitam*

*Famine posse.*

*D. Pan.*